



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Narcissvs Episc. 29. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

honore Abagarus habuit. Tecum sentio. Sed nego
illos hodie recte facere, qui vivos Dei vultus,
animos inquam, perturbare per summam injuriam
non verentur. Ex Constant. Porphyry Hieron.

*Quia presentia gaudia sequuntur aeterna la-
menta; hic vanam latitiam fugite, si illic fieri for-
midatus: nemo enim potest & hic gaudere cum Iesu-
lo, & illis regnure cum Christo. S. Greg. 11. homil.
in Euang.*

S. NARCISSVS EPISC. 29. Octobris.

Florere sibi videbatur Hierosolyma, cum
NARCISSVM habere Pontificem odore vir-
tutis charissimum patriz & acceptissimum. Sed
extrem pulchro flore pessima aranca invidia vene-
nura sibi suxit. Terni & ex mendacijs composti
cives innocentiam conspirarunt, & sanctissi-
mam virifarnam fœdissimi criminis delatione
contaminare sunt aggressi; utque ruitura men-
dacia perjurio fulcirent, si fallerent, poenas ipsi sibi
judices rei dictarunt, & primus ignes, alter mor-
bum fœdum, ultimus oculorum orbitatem im-
precatus est, omnes à Cælitibus non surdis au-
diendi. Etenim et si perfidie etiam jurata nemo
crederet, testisque maximus & unus omnium in-
stat NARCISSI ipse esset NARCISSVS; execra-
tus tamen hic vel suspicionem facinoris subduxit
se, & silvarum exilio innocentem se damnavit. Mox
tamen alias in adversarios sententiam cælum
pronuntiavit. Primus enim ille cum omni familiâ
igne tectis nescio unde illapso exustus facem, in
innocentia pateret urbi, accendit. Alter horrido
morbo obfessus, uti à capite ad calcem usque san-
cti nihil ita nihil faxi habuit. Interca dum vindic-
tiva Deum tuentur, timuere sibi oculi tertii re-

sis, &
confessi-
tac ac i-
tindict.
patrocin-
tus, 1
dius vi
Tu q
tam pre
reprehe-
Redi na
humili-
4.
S O
E D
ambive
virgo,
filii l
dem &
generu
pro pot
Hic ver
pillos si
expedit:
secutita
res, iid
cum sua
uet, mo
pudori f
rixit. S
hi adf
consim
riam la

Sed nego
vultus,
injuriam
in.
terna la-
fle for-
um jecu-
r. homil.
bris.
a, cùm
dore vir-
um. Sed
ia vene-
compositi
sanctissi-
delatione
ra men-
s ipsi sibi
debet mor-
tem im-
ardis au-
ce nemo
nium in-
executa-
subduxit
vit. Mox
n cēlum
i familiā
ecem, ne
r horido
sque san-
im vindi-
etū re-
sis

lis, & sceleris penitidine hic ductus, publicā confessione perfidiam & lacrimis damnavit, sed tot ac tantis, quibus oculi effluenter, mitissimā vindictā, quod simul noxiam eluerent. Ita celi patrocinio defensus muneri suo ac loco est restitus, vixitque NARCISSVS, quād diu nullus flos alius vivit, c. & vi. annos. Ex Euseb. l. 6.

Tu quis es, qui tam imprebē, tam manifestē, tam præcriter seruo detrahis alieno? noli frarris tui nyctebensibilia acta detegere, sed potius edicito tua. Redi ad te, & discute te a judicare & in statu humilitatis appende. S. Laur. Iustin. de Vit. solit. c. 4.

S. ERME LINDIS V. 29. Octobris.

Odem tempore thalamum ERME LINDIS & DVS & DEI nunquam non rivalis muadus ambivere. Sed exhortuit rectè infamem procum virginem, & duodenais sponsum sibi pulcherrimum filii hominum CHRISTVM legit, candidum eumdem & rubicundum. At stultissima parentum vota generum mundum malebant; eamque ob rem, pro potestate, cogere filiam ad nuptias parabant. Hic verò illa generoso ausu virginem professa capillos suos ipsa rescidit, lūisque veluti vinculis jam expedita mundo ne nuberet, excessit mundo. Insestitutamen castissima vestigia sunt gemini fratres, iidemque Veneris mancipia. Horum alter dum suam Deo sponsam etiam è templo raptum eret, monita ERME LINDIS à tutelari Angelo suo, pudori fugâ iterum consuluit, solaque deinceps rixit. Sed quid dico sola? quando cœlo Paranyphi adfuere, castissimolque inter hymeneos ad sponsum suum abduxere. Neque verò mortuam latè sponsam suam hic voluit. Cœlestes

Z 2

iterum